

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM INSTR. DISPENSATIONIS MATRIMONII*

TEXTO BILINGÜE

Dispensationis matrimonii rati et non consummati petitionibus, a Christifidelibus Sedi Apostolicae portrectis, in dies per crescentibus, opportunum visum est Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, ad magis animarum bono favendum per sollicitiorem huiusmodi processuum instructionem et definitionem, a Summo Pontifice petere ut normis a iure statutis quaedam afferrentur emendationes.

Summus Pontifex, qui plenam habet potestatem dissolvendi vinculum matrimonii rati et non consummati (1), postquam vota Dicasterii ac instantias nonnullorum animarum Pastorum sedulo consideravit, eadem Plenario Coetu Patrum praefatae Congregationi praepositorum examinanda commisit.

Rogationibus autem in Plenario Coetu diligenter examinatis et Episcopatu Catholico auditio, Summus Pontifex ea quae sequuntur statuere dignatus est:

La Sagrada Congregación para la Disciplina de los Sacramentos ha considerado oportuno, para favorecer más el bien de las almas por medio de una instrucción y definición más sólida, pedir al Sumo Pontífice el que se introduzcan algunas enmiendas a las normas establecidas por el derecho en torno a las peticiones de dispensa de matrimonio rato y no consumado dirigidas por los fieles a la Sede Apostólica, y cuyas peticiones aumentan de día en día.

El Sumo Pontífice, que tiene potestad plena para disolver el vínculo del matrimonio rato y no consumado (1), tras considerar atentamente los deseos del Dicasterio y las solicitudes de algunos pastores de almas, los transmitió para ser examinados a la Reunión Plenaria de los padres encargados de dicha Congregación.

Examinadas diligentemente las peticiones en la Reunión Plenaria y oído el Episcopado católico, el Sumo Pontífice se ha dignado establecer las normas siguientes:

* El 7 de marzo de 1972, la Sagrada Congregación para la disciplina de los sacramentos promulgó una instrucción en la que se introducían ciertas enmiendas al proceso «super matrimonio rato et non consummato» (ASS 64 (1972), pp. 244-252. Traducción publicada en «Ecclesia», n. 1610 (1972), pp. 12-15).

(1) Can. 1119; Pius XII, Motu proprio **Crebrae allatae**, 22 febr. 1949, can. 108.

(1) Can. 1119; Pius XII, Motu proprio **Crebrae allatae**, 22 febr. 1949, can. 108.

I. De facultate generali conficiendi processum super matrimonio rato et non consummato.

Ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum exclusive (2) cognoscere spectat de facto inconsummationis matrimonii non tantum inter partes catholicas, sive ad latinum ritum sive ad orientales ritus pertineant, verum etiam inter partem catholicam et acatholicam baptizatam atque inter partes baptizatas acatholicas, necnon de iustae seu proportionaliter gravis cause existentia pro concessione pontificiae gratiae dispensationis.

Vi huius Instructionis omnes Episcopi dioecesani (3), pro suo cuiusque territorio, facultate generali processum conficiendi super matrimonio rato et non consummato fruuntur a die a quo haec Instructio vi gere incipit usque ad C.I.C. recogniti promulgationem, ita ut ipsam non amplius a Sede Apostolica postulare debeant (4). Qua facultate utentes, iidem Episcopi, prae oculis habitis artt. 7 et 8 **Regularum Servandarum**, praescripta quae sequuntur sedulo servent:

a) Processus super matrimonio rato et non consummato non est iudicialis, sed administrativus, ac proinde differt a processu judiciali pro causis nullitatis matrimonii. In processu, enim, super rato per supplicem petitionem imploratur gratia ex benigna Summi Pontificis concessionem obtinenda. Nihilominus, propter rei gravitatem, facti sc. inconsummationis matrimonii, his in processibus veritas non minus religiose ac sedulo inquirenda est quam in negotiis proprie judicialibus, ut Summus Pontifex, re probe cognita, sua suprema potestate uti valeat.

(2) Cann. 249 § 3, 1962; Pius XII, Motu proprio **Cleri sancti tati**, 2 iun. 1957, can. 196 § 3; Pius XII, Motu proprio **Sollicitudinem Nostram**, 6 ian. 1950, can. 470; Paulus VI, Const. Ap. **Regimini Ecclesiae Universae**, 15 aug. 1967, n. 56 § 1: A.A.S. 59 (1967), p. 904.

Summus Pontifex, Sui Pontificatus exordio, confirmare solet S. R. Rotae Decano habitualem facultatem pertractandi, Turno id postulante, causas super matrimonio rato et non consummato, si et quatenus exoriantur e causis nullitatis matrimonii quae ad idem Tribunal fuerint legitime delatae, atque ad effectum ac finem praebendi Ipsi Summo Pontifici dispensandi consilium.

(3) Episcopi dioecesani intelleguntur non solum Episcopi residentialis, sed etiam alii ipsis in iure aequiparati: cfr. Conc. Vat. II, Decr. de past. Episc. munere in Ecclesia **Christus Dominus**, n. 21: A.A.S. 58 (1966), p. 683. Ad Episcopos rituum orientalium specifice quod attinet cfr. Paulus VI, Litt. Ap. **Episcopalis potestatis**, 2 mai 1967, n. 11: A.A.S. 59 (1967), p. 387.

(4) Can. 1963 § 1; **Sollicitudinem Nostram**, can. 471 § 1; S. C. de disciplina Sacramentorum, **Regulae Servandae**, 7 mai 1923, art. 2: A.A.S. 15 (1923), p. 392; S. C. pro Ecclesia Orientali. Instr. **Quo facilius**, 10 iun. 1925, art. 4: A.A.S. 27 (1935), p. 334.

I. Acerca de la facultad general de iniciar el proceso de matrimonio rato y no consummado.

Corresponde exclusivamente (2) a la Sagrada Congregación para la Disciplina de los Sacramentos conocer el hecho de la no consumación del matrimonio no solamente entre las partes católicas, que pertenecen ya al rito latino o al rito oriental, sino también entre la parte católica y acatólica bautizada y entre las partes bautizadas acatólicas, como igualmente acerca de la existencia de una causa justa o proporcionalmente grave que aconseje la concesión de la gracia de la dispensa pontificia.

En virtud de esta Instrucción todos los obispos diocesanos (3), en el territorio a cada uno confiado, gozan de la facultad general de iniciar un proceso sobre el matrimonio rato y no consummado desde el día en que entra en vigor esta Instrucción hasta la promulgación de la revisión del Código de Derecho Canónico, de suerte que ya no deben pedir dicha facultad a la Sede Apostólica (4). Al emplear esta facultad los mismos obispos, teniendo presentes los artículos 7.º y 8.º de las reglas a observar, cuiden diligentemente las indicaciones que siguen:

a) El proceso sobre el matrimonio rato y no consummado no es judicial, sino administrativo, y por tanto difiere del proceso judicial para las causas de nulidad de matrimonio. Pero en el proceso sobre matrimonio rato se implora por una petición humilde la gracia que se va a obtener por una concesión benigna del Sumo Pontífice. No obstante, a causa de la gravedad del problema, es decir, por el hecho de la no consumación del matrimonio, en estos procesos la verdad se debe buscar cuidadosa y religiosamente no menos que en los asuntos propiamente judiciales, a fin de que el Sumo Pontífice, conocido el problema a fondo, pueda utilizar su potestad suprema.

(2) Cann. 249 § 3, 1962; Pius XII, Motu proprio **Cleri sancti tati**, 2 iun. 1957, can. 196 § 3; Pius XII, Motu proprio **Sollicitudinem Nostram**, 6 ian. 1950, can. 470; Paulus VI, Const. Ap. **Regimini Ecclesiae Universae**, 15 aug. 1967, n. 56 § 1: A.A.S. 59 (1967), p. 904.

Summus Pontifex, Sui Pontificatus exordio, confirmare solet S. R. Rotae Decano habitualem facultatem pertractandi, Turno id postulante, causas super matrimonio rato et non consummato, si et quatenus exoriantur e causis nullitatis matrimonii quae ad idem Tribunal fuerint legitime delatae, atque ad effectum ac finem praebendi Ipsi Summo Pontifici dispensandi consilium.

(3) Episcopi dioecesani Intelleguntur non solum Episcopi residentialis, sed etiam alii ipsis in iure aequiparati: cfr. Conc. Vat. II, Decr. de past. Episc. munere in Ecclesia **Christus Dominus**, n. 21: A.A.S. 58 (1966), p. 683. Ad Episcopos rituum orientalium specifice quod attinet cfr. Paulus VI, Litt. Ap. **Episcopalis potestatis**, 2 mai 1967, n. 11: A.A.S. 59 (1967), p. 387.

(4) Can. 1963 § 1; **Sollicitudinem Nostram**, can. 471 § 1; S. C. de disciplina Sacramentorum, **Regulae Servandae**, 7 mai 1923, art. 2: A.A.S. 15 (1923), p. 392; S. C. pro Ecclesia Orientali. Instr. **Quo facilius**, 10 iun. 1925, art. 4: A.A.S. 27 (1935), p. 334.

Instructoris rite deputati, igitur, est in huiusmodi processibus probationes colligere, quibus constare possit de inconsuptionis matrimonii facto et de iustae seu proportionaliter gravis causae existentia pro gratiae concessione. Si autem ex actorum processus examine probationes collectae sufficienes non inveniantur, Congregatio, si casus ferat, Episcopo sugerere poterit ut ipsae, per oportunas instructiones, compleantur.

b) Soli coniuges petere queunt dispensationem super matrimonio rato et non consummato (5); potest autem illam petere sive uterque coniux, sive alterius, invita etiam altera parte (6).

Quamvis cuilibet fidi integrum sit petitionem, quae tamen semper Summo Pontifici erit inscribenda (7), directe ad Sedem Apostolicam mittere, expedit vero et semper suadendum est ut eadem ad Episcopum porrigitur qui, omnibus in Domino perpensis, processum conficiendum curabit. Quoties autem unius tantum partis existiterit petitio, altera quoque pars extra judicialiter est audienda, antequam processus instruatur, nisi, peculiaribus in casibus, aliter opportunum videatur.

c) Episcopus, antequam processus instruatur, de iuridico precum fundamento ac de opportunitate conficiendi processum se certiore reddere debet; idem pariter agere ne omittat, causis aversionis et animorum dissociationis remotis, ut coniugum reconciliacioni, quantum fieri possit, faveatur, nisi rerum et personarum adjuncta huiusmodi experimentum inutile esse suadeant (8).

d) Casus vero inconsuptionis matrimonii implicatos atque peculiaribus difficultatibus ordinis iuridici vel moralis aggravatos Episcopus Congregationi deferat, quae, omnibus mature diligenterque perpensis, quid et quomodo agendum sit cum eodem Episcopo communicabit.

e) Si fieri contingat ut ex petitionis dispensationis super rato et non consummato examine prudens quoque dubium oriatur circa ipsius matrimonii validitatem, tunc Episcopi erit aut parti oratrici consilium dare ut viam ineat iudicariam ad nullitatis matrimonii, ad normam iuris, declarationem obtinendam, aut, dummodo preces de matrimonii inconsuptione firmo ac iuridico fundamento nitantur, permittere ut processus instruatur super rato et non consummato.

(5) Can. 1973; **Sollicitudinem Nostram**, can. 480; **Regulae Servandae**, art. 5; **Quo facilius**, art. 1.

(6) Can. 1119; **Crebrae allatae**, can. 108.

(7) **Regulae Servandae**, art. 6 § 1; **Quo facilius**, art. 1.

(8) **Regulae Servandae**, art. 10; **Quo facilius**, art. 3.

Al instructor designado para ello, por tanto, corresponde reunir las pruebas de los procesos de esta índole, por las que se pueda constar del hecho de la no consumación del matrimonio o de la existencia de una causa proporcionalmente grave para la concesión de la gracia. Si del examen del proceso de los autores, las pruebas reunidas no se consideran suficientes, la Congregación, si el caso lo requiere, podrá sugerir al obispo que dichas pruebas se completen con instrucciones oportunas.

b) Solamente los cónyuges pueden pedir la dispensa del matrimonio rato y no consumado (5); dicha dispensa la pueden pedir ambos cónyuges o bien uno de ellos, aun cuando no quiera la otra parte (6).

Aunque a cualquier fiel le está permitido totalmente enviar directamente a la Sede Apostólica la petición, que siempre será trasladada al Sumo Pontífice (7), es conveniente, y se ha de aconsejar siempre, que la misma se presente al obispo, el cual, sopesado todo ante el Señor, se preocupará de completar el proceso. Aunque la petición procediere solamente de una parte, la otra debe ser oída también extrajudicialmente, antes de que se instruya el proceso, a no ser que, en casos especiales, se considere oportuno proceder de otro modo.

c) El obispo, con anterioridad a la incoación del proceso, debe asegurarse de la certeza del fundamento jurídico de la petición y de la oportunidad de llevar a cabo el proceso; no debe omitir igualmente, aparte de las causas de separación y de aversión de los espíritus, favorecer, en la medida de lo posible, cuanto contribuya a la reconciliación de los cónyuges, a no ser que las circunstancias de cosas y personas persuadan ser inútil un experimento de esta índole (8).

d) Los casos de inconsuación del matrimonio implicados y agravados por dificultades peculiares de orden jurídico o moral deben ser transferidos por el obispo a la Congregación, la cual, sopesadas todas las cosas con ponderación y diligencia, comunicará al obispo qué debe hacerse y de qué forma.

e) Si sucediere que del examen de la petición de dispensa del matrimonio rato y no consumado surgiera alguna duda en torno a la validez del mismo matrimonio, corresponderá entonces al obispo aconsejar a la parte demandante que inicie un proceso judicial de la nulidad del matrimonio, obteniendo una declaración con arreglo a derecho, o, siempre que la solicitud de la inconsuación del matrimonio presente un fundamento jurídico y firme, permitir que se instruya el proceso sobre el rato y no consumado.

(5) Can. 1973; **Sollicitudinem Nostram**, can. 480; **Regulae Servandae**, art. 5; **Quo facilius**, art. 1.

(6) Can. 1119; **Crebrae allatae**, can. 108.

(7) **Regulae Servandae**, art. 6 § 1; **Quo facilius**, art. 1.

(8) **Regulae Servandae**, art. 10; **Quo facilius**, art. 3.

Cum autem causa de nullitate matrimonii agitata fuerit ex capite impotentiae et ex actis et probatis, Tribunalis iudicio, non impotentiae sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, tunc accedente petitione unius vel utriusque partis de Apostolica dispensatione imploranda, acta omnia, una cum vinculi defensoris animadversionibus ac voto Tribunalis et Episcopi, argumentis firmato sive in iure sive praesertim in facto, ad Congregationem transmittantur ad causam super rato et non consummato definiendam. Ad votum vero quod attinet, nihil obstat quominus Episcopus sequatur ipsius Tribunalis votum, huic subscribendo, in tuto positis existentia iustae seu proportionaliter gravis causae pro dispensationis gratia et scandali fidelium absentia.

Quodsi, Tribunalis iudicio, probationes de non secuta matrimonii consummatione hactenus collectae, non sufficientes habeantur iuxta **Regulas Servandas** diei 7 Maii 1923, eadem ab iudice instructore compleantur et acta plene instructa ad Congregationem cum vinculi defensoris animadversionibus ac voto Tribunalis et Episcopi, transmittantur.

Quatenus vero de alio nullitatis capite agatur (ex. gr. de defectu consensus, de vi et metu etc.) et, eiusdem Tribunalis iudicio, matrimonii nullitas evinci non possit, sed **incidenter** dubium valde probabile emerserit de non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri aut utriusque parti petitio nem porrigitur Summo Pontifici de Apostolica dispensatione a matrimonio rato et non consummato et instructori ius est causam instruendi iuxta normas in praefatis **Regulis Servandis** definitas. Acta omnia deinde, ut supra, sc. cum suetis vinculi defensoris animadversionibus et voto Tribunalis et Episcopi, ad Congregationem transmittantur (9).

f) Episcopus vero vigilanti animo prospicere debet ne partes in causa aut testes aut periti quandoque falsum deponere vel veritatem reticere audeant. Scit enim, et per ipsum sciant omnes quorum interest, dispensationis gratiam concedi non posse nisi duo constent: matrimonium revera consummatum non fuisse et iustum seu proportionaliter gravem extare causam; uno aut altero deficiente, rescriptum gratiae, utpote obreptionis vitio affectum, impetranti minime

(9) Can. 1963 § 2; **Sollicitudinem nostram**, can. 471 §§ 2 et 3; S. C. de disciplina Sacramentorum, Instr. **Provida Mater Ecclesia**, 15 aug. 1936, art. 206: A.A.S. 28 (1936), pp. 553-554; **Quo facilius**, art. 4.

Cuando la causa de nulidad de matrimonio se abordare por razones de impotencia, y por las actas y las pruebas, a juicio del Tribunal, no surgire la prueba de la impotencia, sino la del matrimonio aún no consumado, entonces, atendiendo a la petición de una o ambas partes que solicitan la dispensa apostólica, todas las actas, juntamente con el informe del defensor del vínculo, y con el voto del Tribunal y del obispo confirmado con argumentos, bien de derecho o bien principalmente de hecho, deben enviarse a la Congregación para que ésta inicie la causa del matrimonio rato y no consumado. En lo que concierne al voto, nada obsta el que el obispo siga el del mismo Tribunal, suscribiendo éste, una vez puestas en claro la existencia de una causa justa o proporcionalmente grave en favor de la gracia de la dispensa y la ausencia del escándalo de los fieles.

Pero si, a juicio del Tribunal, las pruebas reunidas hasta el momento de que no se ha realizado la consumación del matrimonio, no se consideran suficientes de acuerdo con las «Reglas que se deben observar», del 7 de mayo de 1923, dichas pruebas se deben completar por el juez instructor, y las actas totalmente instruidas deben remitirse a la Congregación con los informes del defensor del vínculo, y con el voto del Tribunal y del obispo.

En la medida en que se trate de otro capítulo de nulidad (por ejemplo, por defecto de consentimiento, por violencia o por miedo) y, a juicio del mismo Tribunal, no se pueda conseguir la nulidad del matrimonio sino que incidentalmente surja una duda muy probable de que no se ha realizado la consumación del matrimonio, entonces siempre se debe presentar al Sumo Pontífice la petición de una o ambas partes sobre la dispensa apostólica del matrimonio rato y no consumado, y es derecho del instructor tramitar la causa de acuerdo con las normas establecidas en las anteriormente citadas «Reglas a observar». Posteriormente, todas las actas, al igual que se dijo anteriormente, es decir, con los informes acostumbrados del defensor del vínculo y el voto del Tribunal y del obispo, deben ser enviadas a la Congregación (9).

f) El obispo, sin embargo, con espíritu vigilante, debe velar para que las partes en litigio, o los testigos o los peritos, no se atrevan a veces a declarar en falso o a callar la verdad. Pues sabe, y por él mismo deben saberlo todos a quienes interesa, que la gracia de la dispensa no se puede conceder si no constan dos cosas: que el matrimonio no ha sido efectivamente consumado y que existe una causa justa o proporcionalmente grave; faltando una de ambas condiciones, en modo alguno se puede conceder al solicitante

(9) Can. 1963 § 2; **Sollicitudinem nostram**, can. 471 §§ 2 et 3; S. C. de disciplina Sacramentorum, Instr. **Provida Mater Ecclesia**, 15 aug. 1936, art. 206: A.A.S. 28 (1936), pp. 553-554; **Quo facilius**, art. 4.

suffragari (10). Pontificiam autem dispensationem nunquam in rem definitam transire perspicuum est ac novum matrimonium, forte post dispensationem initum, semper posse nullum declarari, si primum fuisse revera ratum et consummatum deinceps innotuerit.

II. De instructione causae et actorum confectione.

Ad ipsam causae instructionem quod spectat, ut inquisitio ad veritatem de facto inconsummationis accuratius citiusque dignoscendam ac proinde ad matrimonii sanctitatem atque indissolubilitatem fovendam aptius conducat, has quae sequuntur emendationes in normas, pro hisce processibus in C.I.C. (11) ac in praefatis **Regulis Servandis** S. Congregationis de disciplina Sacramentorum statutas, inducere visum est:

a) Si, propter dioecesis seu eparchiae parvitatem et praesertim sacerdotum in iure canonico peritorum penuriam, non sine difficultate processus super rato confici queat in Curia vel in Tribunali, tunc Episcopus, prudenter harum rerum discriminis ponderato, potest competentiam instruendi processus super rato ministris Tribunalis regionalis aut provincialis aut interdiocesani aut interritualis (si adsint) vel Tribunalis dioecesis seu eparchiae vicinioris deferre, qui tali oneri sustinendo, praesertim in casibus difficilioribus, aptiores sint.

b) In causis inconsummationis matrimonii debet uterque coniux testes producere qui ipsorum coniugum probitatem et praesertim veridicentiam circa assertam matrimonii inconsummationem, testificari possint; quibus testibus instructor alios ex officio inducere valet (12). Pauci sufficere possunt testes, dummodo eorum concors testimonium validam probationem atque moralem certitudinem afferre possint; quod quidem evenit, si personae omni exceptione maiores sunt, inter se firmiter cohaerent, testificantur sub fide iuramenti: referentes quando, quomodo et quid a conjugibus aut proximis propinquis de facto inconsummationis matrimonii audierint (13). Obliviscendum non erit in huiusmodi causis argumentum morale permagni ponderis esse ad certitudinem morale de matrimonii inconsummatione adipiscendam.

(10) Can. 40; S. C. de disciplina Sacramentorum, Decr. **Catholica doctrina**, 7 maii 1923; A.A.S. 15 (1923), p. 390.

(11) Cann. 1960-1992; **Sollicitudinem Nostram**, cann. 468-500.

(12) Can. 1975; **Sollicitudinem Nostram**, can. 482.

(13) Can. 1789; **Sollicitudinem Nostram**, can. 312.

el rescripto de gracia, ya que está afectado por un defecto de algo subrepticio (10). Está claro que la dispensa pontificia nunca puede prosperar en un asunto definido, y que el nuevo matrimonio, realizado acaso tras la dispensa, siempre se puede declarar nulo, si posteriormente se llegara al conocimiento de que el primero ha sido en verdad rato y consumado.

II. De la incoación de la causa y de la confección de las actas.

En lo que concierne a la misma incoación de la causa, a fin de que la investigación conduzca a conocer detallada y prontamente la verdad del hecho de la no consumación y, por lo tanto, a favorecer la santidad y la indisolubilidad del matrimonio, se ha considerado oportuno introducir las enmiendas siguientes para estos procesos en las normas establecidas en el C. I. C. (11) y en las citadas «Reglas a observar» de la Sagrada Congregación sobre la Disciplina de los Sacramentos:

a) Si, a consecuencia de la reducida importancia de la diócesis o eparquía, y principalmente por la escasez de sacerdotes expertos en derecho canónico, el proceso sobre el matrimonio rato no se puede iniciar sin dificultad en la Curia o en el Tribunal, entonces el obispo, estudiada prudentemente la situación, puede transferir la competencia de instruir el proceso sobre el matrimonio rato a los ministros del Tribunal regional, o provincial, o interdiocesano, o interritual (si existieran), o al Tribunal de la diócesis o de la eparchía más próxima, que se encuentran en mejores condiciones de tramitar tal asunto, principalmente en los casos más difíciles.

b) En los casos de no consumación del matrimonio ambos cónyuges deben reunir testigos que puedan declarar sobre la probidad de aquéllos y principalmente sobre la veracidad en torno a la afirmación de no consumación del matrimonio; a dichos testigos, el instructor puede añadir otros de oficio (12). Pueden ser suficientes pocos testigos, con tal de que el testimonio unánime de los mismos pueda aportar prueba válida y una certeza moral; lo cual sucede ciertamente si las personas son mayores en todos los aspectos, están unidas coherentemente entre sí y declaran bajo fe de juramento: manifestando cuándo, cómo y lo qué oyeron de los cónyuges, o de los parientes próximos acerca del hecho de la no consumación del matrimonio (13). No se debe olvidar en causas de esta índole que el argumento moral tiene una fuerza extraordinaria para conseguir la certeza moral acerca de la no consumación del matrimonio.

(10) Can. 40; S. C. de disciplina Sacramentorum, Decr. **Catholica doctrina**, 7 maii 1923; A.A.S. 15 (1923), p. 390.

(11) Cann. 1960-1992; **Sollicitudinem Nostram**, cann. 468-500.

(12) Can. 1975; **Sollicitudinem Nostram**, can. 482.

(13) Can. 1789; **Sollicitudinem Nostram**, can. 312.

c) Corporalis coniugum inspectio adhibenda est, si necessaria est ad iuridicam facti inconsuptionis probationem assequendam; si vero, iuxta Decretum S. S. Congr. S. Officii diei 12 lunii 1942, attenta partium et testimoniis morali excellentia ac serio consideratis eorum animi dispositionibus necnon ceteris adminiculis aut argumentis, plena, Episcopi iudicio, habetur probatio assertae matrimonii inconsuptionis (14), tunc omitti potest inspectio; caute vero omnia perpendantur antequam eam inutilem esse edicatur (15). Si mulier autem inspectionem corporalem recusat, tunc, iuxta regulam per memoratum Decretum prolatam, «abstinendum est ab urgenda inspectione». De ceteris, quae ad hanc inspectionem attinent, facultate potiuntur Synodi Patriarchales et Conferentiae Episcopales ampliores normas executorialias statuendi, iuxta locorum ac rerum adjuncta.

d) Acta processualia scripto exarata esse debent aliquique cautelis sunt tutanda ope notariorum (16). Curiae autem vel Tribunali in causis inconsuptionis uti licet (consentiente Episcopo), iuxta hodiernos populorum mores et technicas progressiones, instrumento «magnetophonio», si eiusdem usus utilis atque idoneus revera est ad accuratiorem et certioreum actorum processus confectionem. Acta, tamen, fidem facere queunt tantum si, licet ex taeniola magneticā exscripta, praescriptionibus a iure expresse requisitis congruant.

e) Secus atque in causis nullitatis matrimonii, in processibus super matrimonio rato et non consummato ob peculiarem eorum naturam, advocatorum et procuratorum opera postulari nequit. Votis, tamen, ac desideris quorundam animarum Pastorum obsecundando, decernitur nihil obstare quominus partes —aut si petant aut Episcopus *ex officio* statuat— in his quoque causis consiliariorum vel peritorum, praesertim ecclesiasticorum, opera utantur sive in petitionibus gratiae dispensationis conscribindis sive in instruendo processu vel in ipsis actis processus complendis, ad eum finem ut, inconsuptionis matrimonii veritate

(14) S. S. C. S. Officii, Decr. *Qua singulari cura*, 12 iun. 1942: A.A.S., 34 (1942), p. 200.

(15) *Regulae Servandae*, artt. 85-86; *Quo facilius*, art. 16.

(16) Cann. 373 § 1, 1585, 1642; *Cleri sanctitati*, can. 440 § 1; *Sollicititudinem nostram*, cann. 56, 157.

c) El examen corporal de los cónyuges se llevará a cabo, si es necesario, para conseguir la prueba jurídica del hecho de la no consumación; si, en cambio, según el Decreto de la Sagrada Congregación del Santo Oficio del día 12 de junio de 1942, tenida en cuenta la nobleza moral de las partes y de los testigos, y considerada seriamente su disposición de ánimo, como igualmente los demás medios y argumentos, a juicio del obispo se tiene una prueba evidente de la afirmada no consumación del matrimonio (14), entonces la inspección se puede omitir; sin embargo, todas las cosas se deben sopesar prudentemente antes de proclamar dicha inspección inútil (15). Si la mujer rechaza la inspección corporal, entonces, de acuerdo con la norma indicada por el Decreto mencionado, hay que «abstenerse de urgir la inspección». De las demás cosas que conciernen a esta inspección, los Sínodos Patriarciales y las Conferencias Episcopales gozan de la facultad de establecer normas ejecutivas más amplias de acuerdo con las circunstancias de lugares y hechos.

d) Las actas del proceso deben hacerse por escrito y han de tomarse todas las precauciones con la ayuda de los notarios (16). Está permitido a la Curia o al Tribunal en las causas de no consumación (con la autorización del obispo), de acuerdo con las costumbres actuales de los pueblos y con las técnicas avanzadas, emplear el instrumento llamado «magnetófono», si el empleo del mismo se considera útil e idóneo para la confección más detallada y cierta de las actas del proceso. Las actas, sin embargo, solamente pueden dar fe si, aun tomadas en cinta magnética, se ajustan a los requisitos exigidos expresamente por el derecho.

e) Al contrario que en los casos de nulidad de matrimonio, en los procesos sobre el matrimonio rato y no consumado por la peculiar naturaleza de los mismos, no se puede pedir la labor de abogados y procuradores. Sin embargo, accediendo a los votos y a los deseos de algunos pastores de almas, se estima que no existe obstáculo en que las partes —tanto si lo piden como si el obispo lo establece de oficio—, también en estas causas, utilicen los servicios de asesores o peritos, principalmente eclesiásticos, tanto en la tramitación de las peticiones de la concesión de la gracia como en la incoación del proceso, y en la confección de las mismas actas del proceso, orientado todo ello a que, demostrada con toda evidencia la verdad de la no consumación del matrimonio, se favorezca con más

(14) S. S. C. S. Officii, Decr. *Qua singulari cura*, 12 iun. 1942: A.A.S., 34 (1942), p. 200.

(15) *Regulae Servandae*, artt. 85-96; *Quo facilius*, art. 16.

(16) Cann. 373 § 1, 1585, 1642; *Cleri sanctitati*, can. 440 § 1; *Sollicititudinem nostram*, cann. 56, 1957.

in tuto posita, animarum bonum certius foveatur (17). Consilliariorum vel peritorum designatio, sive iudicium **ex officio**, sive ad partis petitionem elegantur, ad Episcopum pertinet, auditio vinculi defensore et praemonitio consiliariis vel peritis, per peculiare decretum, de secreto iurato servando (18), ne actorum processualium notitiae ad extraneorum aures perveniant.

f) Episcopi in voto «pro rei veritate» exarando, causae naturam et qualitates perpendant modo **concreto et practico**, scilicet consideratis adiunctis pecularibus sive facti inconsummationis sive opportunitatis gratiae.

In causis autem sive nullitatis matrimonii, quorum acta ad Congregationem pro dispensationis gratia transmittantur (cfr. n. I, e)) sive inconsummationis, quae cum competentiae prorogatione instruantur (cfr. n. II, a)), Archiepiscopus seu Metropolita sedis Tribunalis regionalis aut provincialis aut interdiocesani aut interritualis vel Episcopus dioecesis aut eparchiae vicinoris, antequam votum suum conscribat, opportune cum Episcopo partis oratricis, cui notae sunt suae dioecesis aut eparchiae condiciones, consilia conferat saltem de scandali absentia ex pontificiae dispensationis gratia forte orituri. Episcopus vero si iudicaverit scandalum sine fundamento seu arte oriri vel ortum esse, tunc pastorali cura opportunisque modis illud cohibere vel continere nitatur.

g) Omnia acta processualia, acta sc. sive causae sive processus (19), necnon alia documenta, praeterquam in lingua latina, vernaculis etiam linguis late cognitis confici queunt. Ipsorum actorum iudicialium necnon documentorum alio idiomate minus cognito confectorum in praedictas linguis translatio permititur.

Quae acta processualia atque documenta in triplici exemplari, etiam photostatico, authenticitate praedito ad Congregationem transmittantur (20); chirographicus textus (qui sc. vulgo dicitur «manuscrito») in Archivo Curiae vel Tribunalis servetur et transmittatur, adhibitis opportunis cautelis, tantummodo si expresse a Dicasterio requisitus fuerit (21).

(17) Pius XII, Alloc. ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et administratos Tribunalis S. Romae Rotae, 2 oct. 1944: A.A.S. 36 (1944), pp. 281-290.

(18) Can. 1623 § 3; *Regulae Servandae*, artt. 46 et 93; *Provida Mater Ecclesia*, art. 130; *Sollicitudinem nostram*, can. 138 § 3; *Quo facilius*, art. 9.

(19) Can. 1642; *Sollicitudinem nostram*, can. 157.

(20) *Regulae Servandae*, art. 101 § 1; *Quo facilius*, art. 28.

(21) *Provida Mater Ecclesia*, art. 105 § 3.

certeza el bien de las almas (17). La designación de los asesores o peritos, tanto si son elegidos de oficio como si se hace a petición de las partes, corresponde al obispo, oído el defensor del vínculo y advertidos los asesores o peritos anteriormente citados, mediante un decreto especial, de observar el secreto que juraron guardar (18), a fin de que las noticias de las actas procesales no lleguen a oídos extraños.

f) Los obispos, al emitir el voto «por la verdad del asunto», sopesan la naturaleza de la causa y las características de forma **concreta y práctica**, es decir, considerados todos los detalles tanto de las personas como del hecho de la no consumación y de la oportunidad de la gracia.

Si embargo, en las causas, tanto de la nulidad del matrimonio, cuyas actas deben remitirse a la Congregación para la gracia de la dispensa (cfr. n. I, e), como de la no consumación, que se instruyen con la prórroga de la competencia (cfr. n. II a), el arzobispo o metropolita de la sede del Tribunal regional, o provincial, o interdiocesano, o interritual, o el obispo de la diócesis o eparquía más próxima, antes de emitir su voto, celebre consejo oportunamente con el obispo de la parte demandante, que conoce las condiciones de la diócesis o eparquía, al menos de la ausencia del escándalo que podría surgir quizás por la causa de la dispensa pontificia. Pero si el obispo juzgare que podría surgir o haber surgido sin fundamento o causa, entonces se esforzará por contemplarlo o reducirlo.

g) Todas las actas procesales, es decir, las actas tanto de la causa como del proceso (19), como igualmente otros documentos, además de en lengua latina, pueden ser redactados incluso en lenguas vernáculas ampliamente conocidas. Se permite la traducción a los idiomas antes citados de las mismas actas judiciales como igualmente de los documentos redactados en otro idioma menos conocido.

Dichas actas procesales y los documentos en triple ejemplar, incluso fotostático, del que debe constar la autenticidad, se remitirán a la Congregación (20); el texto autógrafo (es decir, el vulgarmente llamado «manuscrito») debe guardarse en el archivo del Tribunal o de la Curia y remitirse, adoptadas las precauciones oportunas, sólo en el caso de que así lo requiera expresamente el Dicasterio (21).

(17) Pius XII, Alloc. ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et administratos Tribunalis S. Romae Rotae, 2 oct. 1944: A.A.S. 36 (1944), pp. 281-290.

(18) Can. 1623 § 3; *Regulae Servandae*, artt. 46 et 93; *Provida Mater Ecclesia*, art. 130; *Sollicitudinem nostram*, can. 138 § 3; *Quo facilius*, art. 9.

(19) Can. 1642; *Sollicitudinem nostram*, can. 157.

(20) *Regulae Servandae*, art. 101 § 1; *Quo facilius*, art. 28.

(21) *Provida Mater Ecclesia*, art. 105 § 3.

Optandum est, cum hoc plurimum ad sollicitiorem expeditioremque causae definitionem valeat, ut omnium actorum iudicialium necnon documentorum exemplaria dactylographice exarentur et singula processus folia, numerata atque in fasciculis conglutinata, actuarii vel notariorum testificatione de eorum fideli transcriptione, integritate et authenticitate muniantur (22).

III. De clausulis rescripto dispensationis forte appositis.

Concessa pontificia dispensatione super vinculo matrimonii non consummati, coniugibus ad alias nuptias transire fas est, dummodo transitus ille ne prohibetur. Quae prohibitio dupli modo exprimi potest: clausula «ad mentem», (et hoc in casu «mens» diversa esse potest ac opportune explicatur) vel clausula «vetito».

a) Clasius verbis «ad mentem» expressa, quae prohibitoria est, apponi solet quoties factum inconsummationis e causis minoris momenti pendeat; eius remotio committitur Episcopo, ita ut fidelium pastoralibus necessitatibus expeditius provideatur. Episcopus autem partem, clausulae remotionem postulantem, ad novum coniugium ne admittat nisi, praescriptis regulis servatis, ipsa ad matrimonialia onera sustinenda revera apta inveniatur ac se in posterum honesto et christiano more officia coniugalia esse exsecuturam promiserit.

b) Peculiaribus autem in casibus, quando sc. inconsummationis ratio fuerit defectus physicus vel psychicus maioris momenti et gravitatis, «vetitum» pro aliis nuptiis apponi potest; quod, nisi expresse in rescripto dicatur, dirimere non est sed tantum prohibens, eiusdemque remotio Sedi Apostolicae reservatur. Venia autem alias nuptias ineundi conceditur si pars oratrix, praevia petitione Congregationi exhibita et impletis praescriptis condicionibus, idonea ad actus coniugales rite exercendos iudicetur.

Episcopi iudicio eiusque pastoralibus consideratiibus relinquitur de hac vel illa clausula in rescripto dispensationis apposita ac postea remota certiore reddere partem, quacum novum matrimonium iniri contenditur.

(22) Cann. 1643 § 1, 1644 § 1; **Regulae Servandae**, art. 30; **Sollicitudinem nostram**, cann. 158 § 1, 159 § 1; **Quo facilius**, art. 23.

Quae sub hac litt. g. praescribuntur et pro tribunalibus valent, quae processus inconsummationis, vi can. 1963 § 2 et art. 206. **Provida Mater Ecclesia** necnon art. 4. **Quo facilius**, ut superius dictum est, pertractaverint.

Es de desear, ya que esto facilita extraordinariamente la tramitación más diligente y rápida de la causa, que los ejemplares de todas las actas judiciales y de los documentos vayan firmados y que, asimismo, cada uno de los folios del proceso, numerados y reunidos en fascículos, estén provistos de la prueba del actuario o del notario sobre su fiel transcripción, integridad y autenticidad (22).

III. De las cláusulas anexas en su caso al rescripto de dispensa.

Concedida la dispensa pontificia sobre el vínculo del matrimonio no consumado, está permitido a los cónyuges celebrar otras bodas, con tal de que no conste expresamente la prohibición. Dicha prohibición se puede expresar de dos formas: con la cláusula «ad mentem» (y en este caso la «mens» puede ser diversa y explicarse oportunamente) o con la cláusula «vetitum».

a) La cláusula expresada con las palabras «ad mentem», que es prohibitoria, suele añadirse cuantas veces el hecho de la no consumación dependa de causas de poca importancia; su supresión se confía al obispo, de suerte que se atienda mejor a las necesidades pastorales de los fieles. Sin embargo, el obispo no debe permitir a la parte que pide supresión de la cláusula la celebración de un nuevo matrimonio, a no ser que, observadas las reglas prescritas, la encuentre en condiciones de verdad apta para soportar las cargas matrimoniales y prometiere que cumplirá posteriormente los deberes conyugales de forma honesta y cristiana.

b) Sin embargo, en casos especiales, es decir, cuando la causa de la no consumación fuere un defecto físico o psíquico de gran importancia y gravedad, se puede consignar la cláusula «vetitum» para otros espousales; la cual, a no ser que se diga expresamente en el rescripto, no es dirimente, sino solamente prohibitorio, y su remoción se reserva a la Sede Apostólica. Sin embargo, se concede permiso para celebrar nuevos espousales si la parte demandante, con la previa petición a la Congregación y cumplidas las condiciones establecidas, se considera idónea para ejercer debidamente los actos conyugales.

Se deja a juicio del obispo y a las motivaciones pastorales del mismo hacer sabedora a la parte que pretende contraer nuevo matrimonio de una o la otra cláusula añadida al rescripto de dispensa y suprimida posteriormente.

(22) Cann. 1643 § 1, 1644 § 1; **Regulae Servandae**, art. 30; **Sollicitudinem nostram**, cann. 158 § 1, 159 § 1; **Quo facilius**, art. 23.

Quae sub hac litt. g. praescribuntur et pro tribunalibus valent, quae processus inconsummationis, vi can. 1963 § 2 et art. 206. **Provida Mater Ecclesia** necnon art. 4. **Quo facilius**, ut superius dictum est, pertractaverint.

Omnia quae in hac Instructione continentur SS.mus D. N. Paulus divina Providentia Papa VI, in Audientia die 30 Decembris 1971 infrascripto Congregationis Card. Praefecto concessa, benigne approbare et rata habere dignatus est, mandans ut ea in Officiali Commentario **Acta Apostolicae Sedis** publici iuris fiant et ab omnibus Episcopis sive latini ritus sive orientalium rituum, et a ceteris ad quos spectat, rite et religiose serventur, contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 7 m. Martii a. 1972.

A. Card. SAMORE, Praefectus
I. CASORIA, a Secretis

Nuestro Santísimo Padre Pablo, por la Divina Providencia Papa VI, se ha dignado benignamente aprobar y ratificar todo lo que se contiene en esta Instrucción en la audiencia concedida el 30 de diciembre de 1971 al infrascrito cardenal prefecto de la Congregación, ordenando al propio tiempo que se haga de derecho público, publicándola en la **Acta Apostolicae Sedis**, y que por todos los obispos, tanto de rito latino como de los ritos orientales, y por los demás a quienes corresponda, se observen clara y religiosamente, no obstanto nada en contrario, ni siquiera lo digno de especial mención.

Dado en Roma, en la Sede de la Sagrada Congregación de la Disciplina de los Sacramentos, el día 7 de marzo de 1972.

A Card. SAMORE, Prefecto
I. CASORIA, Secretario